

lectus, non quidem ad assensum circa veritatem propositam, sed solum ad practicè iudicandum illud, quod proponitur, posse ac debere evidentè credi; quo tamen factò remanet adhuc inhiærens intellectus ad elicendum assensum, ad quem requiritur prædicta voluntatis motio.

253 Secundo Obicitur, quia intellectus non movetur, nisi à veritate obiecti, voluntas autem non potest ponere, vel augere veritatem obiecti, ut magis moveat intellectum; ergo voluntas non potest movere intellectum, nisi applicando illum ad inquirenda motiva; probatur assumptum, quia per hoc, quod voluntas velit credere, obiectum non habet majorem rationem, nec apparentiam veri.

Respondetur, negando consequentiam, nam negantes tale imperium positivum necessarium esse ad fidei assensum, adhuc admittunt requiri saltem, ne voluntas positivè resistat, & tamen æque certum est per talem non contrarietatem non reddi obiectum magis verum; sicut ergo hæc illi exigunt ad elicendum fidei assensum, non quidem ut obiectum reddatur magis verum, sed ex eo, quod nequeat cum veritate, quam habet, determinare intellectum ob defectum evidentiæ, nisi illa non contrarietate interveniat, i. a. nos patet discurremus de pia voluntate. Unde intellectus movetur à voluntate ad assensum fidei, non quidem ut ab obiecto suadente, vel aliquo generatè vires obiecti, sed ut ab extrinseco impellente, & determinante ad assensum circa veritatem sufficienter quidem propositam, non tamen efficaciter, id est taliter, ut solum obiectum necessiter ad assensum voluntate scilicet, ut contingit de actu scientifico. Neque id mirum videri debet, ut enim notat Arriaga *sect. 2.* potest, & sæpè ita contingit, ut quasi ex parte obiecti sit potentia aliqua sufficienter applicata, & tamen absolute loquendo indiget adhuc alia ulteriori applicatione, ut hic, & hinc determinetur ad operandum; sic suo modo potentia loco motiva ante omne voluntatis imperium potest esse sufficienter expedita ad motum localem, & adhuc voluntatis imperio indigere, ut procedat in actu.

254 Dices, intellectum non subordinari voluntati eo modo, quo potentia motiva, sed sicut potentia cognoscitiva, ut visus, & auditus, quæ certum est non esse ita voluntati subordinatas, ut ad earum exercitum requirant imperia, aut voluntatem eius. Respondetur instantiam æque urgere Adversarios, qui ad assensum fidei exigunt saltem non contrarietatem voluntatis, nam neque hæc requirunt visus, & auditus, ut satis de patet; dico itaque intellectum quantum ad actus fidei, & opinionis alio modo subordinari voluntati, quam visum, & auditum, quia hæc potentia necessaria movetur, & trahitur ab obiecto esse evidenter propositum, non sic intellectus ab obiecto credibili sibi obiecto tantum, ac invidenter propositum; ut enim intellectus necessariò movetur, requiritur, ut non solum proponatur obiectum, ut verum utraque sed evidenter, quia ex se tantum etiam natus est à veritate sic præposita. In istis rursus, vel actus positivè voluntatis requiritur, tanquam conditio applicans obiectum intellectui, vel tanquam removens impediendum, vel tanquam ponens aliquid prærequiritum, vel tanquam causa; nihil horum potest dici; ergo non requiritur.

255 Respondet Ponticus, concurrere physicè, tanquam concomitantem, sicut concurrunt potentia loco motiva ad motum; Cæterum Scotus 3. *disp. 25. q. 2.* inquit, actum credendi esse ab intellectu, & ab obiecto præsentè, sicut ab efficiente; à voluntate verò non esse effective, sed tantum imperativè, ut ab extrinseco impellente, & determinante intellectum ad assensum circa veritatem obiectivè, & invidenter propositam modo iam declarato; & quidem passim concedunt omnes, assensum fidei non esse à voluntate, ut efficiente, sed tanquam ab imperante, movente, & applicante.

256 Tertio arguitur, quia ad credendum fide humana non est necessarium voluntatis imperium, imò verò intellectus cogit ad credendum; ergo idem à foriori erit de fide divina; antecedens patet experientia, quia non est in mea potestate credere, Romæ esse, omnibus id affirmantibus, & nullo profecto contradicente; consequentia probatur, quia testimonia fidei divine infallibiliora sunt humanis est illo. Inan. 5. testimonium hominum accipimus, sed testimonium Dei maius est.

Confirmatur, quia motivum fidei, sive testimonium Dei foris movet intellectum, quam motivum scientiæ, quia fides est certior scientiæ; atque motivum scientiæ sine actu voluntatis per se sufficienter movet intellectum ad assensum; ergo idem dicendum erit de actu fidei.

257 Resp. dimissis aliorum responsionibus, majorem esse veram, quando res dicta, aut scripta est ita moraliter fallibilis, ut nullam patitur difficultatem, non verò quando est in se valde ardua, & extraordinaria, & contra quam homo putat se habere argumenta alicuius momenti; tunc enim non est omnimoda libertas ad id non credendum, sed necessaria est pia affectio ad

credendum etiam in humanis, ut experientia docet, quandoquidem in eisdem libris ab eodem Auctore scriptis aliquid creditur nullo interveniente voluntatis actu, si valde facile id contingere potest, quæ facilitas non creditur aliquod prodigium in extraordinarium ab eodem Auctore scriptum; Quia ergo Mytheria Nostræ Fidei, est hæc habent maiora motiva, quam quæ Fides Humana testatur, sunt ex his rebus, quæ continent difficultatem, & videntur aliquo modo esse, contra ea, quæ naturaliter percipiuntur, ut Mytheriam Trinitatis, incarnationis, Passionis Christi, Eucharistiæ, &c. idèò pia indiget affectione, ut firmiter credatur, & abque hesitatione. Dices, ergo saltem alii articuli, qui sunt facile credibiles, nec tantam continent difficultatem, ut Deum esse æternum immensum, &c. pia non indigeat affectione, ut credatur. Negatur consequentia; licet enim non omnia Fidei mytheria sint in se ardua, sed aliqua tantum, quæ sunt principalia, hoc sufficit, ut pia requiratur affectio ad omnia credenda etiam facilia; debent enim illa credi Fidei: Unde versali parata, ut eodem modo maxima alia diffidela credantur; Tum quia etiam nullum fidei mytheriam credendum difficultatem patere, ipsum tamen formale, sed intersecum motivum credendè est extrè cursum verum, quæ percipiuntur, Deum scilicet loqui cum hominibus, quibus illa revelavit, ut merito ratione huius difficultatis pia requiratur affectio, quæ captivetur intellectus, ut inquit Apost. ad Corinth. in obsequium fidei; ut rectè discunt Arriaga *loc. cit.*

Ad Confirmationem negatur consequentia, quod enim obiectum formale fidei movet intellectum, ut firmus, ac certus suo affectivo obiecto, non provenit ex ipsius obiecti evidentiâ, ac vehementiâ in movendo intellectum, sicut evenit de obiecto ex maiori ipsius infallibilitate, & ex constanti voluntatis imperio, quo efficiunt, ut intellectus firmissimè suo adherat.

258 Quarto Obicitur, vel obiectum Fidei proponitur, ut magis verum, quam oppositum, vel æqualiter, vel ut minus; quocumque autem modo dicatur, non videtur habere locum libertatis voluntatis in credendo; si enim proponitur, ut magis verum, non potest non illi assentiri præ oppositum; si æqualiter videtur imperceptibile, ut voluntas imperet affectionem circa hoc obiectum potius, quam illud; si hoc non apparet magis verum, quam illud; quod tantò magis dicendum videtur, si proponatur ut minus verum, & hæc putat Arriaga esse summam huius quaestiois difficultatem.

Respondetur cum eodem, evidentiâ de credibili mytheriarum fidei non consistere in eo, quod revelat. credenda apparent nobis magis verum, quam eius carentia, quæ quæ apparet nobis magis digna, ut per quam voluntatis affectionem captivetur intellectus ad assensum illi, quam ut permittatur intellectus iudicare, prout sibi apparet; provenit verò illa maior dignitas ex eo, quod lumen naturale dicat melius esse in talibus rebus, quæ non possunt ratione decidi: suum iudicium aliorum sententiæ subicere, præsertim quando, & de eorum sanctitate, & providentiâ est aliunde constat, quam uni, aut alteri argumento in contrarium apparente credere.

259 Quintò demum è contra obicit Arriaga contra quintam conclusionem positam *n. 47.* probando, non solum quando primò intellectus assentitur obiecto fidei indigere voluntatis imperio, sed etiam quandoquomque postea credit, quia etiam tunc non cogitur intellectus ab eo obiecto magis, quam ab initio, nam imperium præcedens, si hodie non existat, tam parum potest hodie determinare, quam si nunquam existisset; totam enim difficultas ex parte obiecti, quæ fuit ab initio, est etiam post, si quidem ea desumebatur ex obiectivè obiecti; hæc autem obsecratur eadem semper est etiam post multos repetitos fidei actus, si enim cum semper fuit obiecti, profecto habitum clarum confirmare non possunt, ut per se constat.

Confirmatur, quia actus ipse fidei præcedens nihil efficit, nisi species, species autem, quæ relinquitur ex illo, non cogunt intellectum, quia sunt obiectivæ; ergo nihil est, unde iam intellectus tali imperio non indiget. Demum, quia ex repetitione actuum solum sequitur, quod species facilius excitentur; atque ea excitatio non cogit ad assensum illi obiecto; ergo adhuc requiritur voluntatis determinatio; minor probatur, nam excitatis speciebus de eodem obiecto ut patet in primo actu credendi, adhuc intellectus non cogitur; ergo quod species excitentur facilius, non poterit ullo modo cogere, si enim causa, quæ ponitur, non auferat libertatem, non poterit eam auferre velocitatem, aut tarditatem in ea ponenda. Huius argumenti contentum Arriaga ergo per secundo, & tertio actu fidei semper necessariam esse piam affectionem, quæ illum imperet.

260 Respondet ex dictis *n. 25.* o. quod quamvis fidei obiectum etiam post multos repetitos fidei actus semper in sua obscuritate remaneat, ac probe de se insufficientis ad intellectum determinandum ad assensum, ex consuetudine tamen ab intellectu contracta se pius affociendi mytheriæ fidei obscuris per habitum

bitum infusum, videtur determinari posse ad assensum sine nova voluntate talem actum imperante, solumque sufficere, ne voluntas iam circa res fidei habitualiter affecta contradicat, & renitatur, idque satis esse tam ad liberatam, quam ad supernaturalitatem actus fidei modo ibidem explicato.

Ad Confirmationem dico ex iteratis credendi actibus per fidem infusam præter species generari habitum naturalis ordinis, ut patet in Catholico, qui erat assensus elicere actus supernaturales fidei, hic enim acquiritur facilitatem credendi, ut patet experientia sed illa facilitas non provenit ex habitu, per se infuso fidei, tum quia tales habitus non habent ex natura sua dare facilitatem, ut supra dictum est, tum quia illa facilitas remanet in ipso ad credendum aliquibus articulis, quod propter hæresim, in quam incurrit; perdidit habitum fidei infusæ; quamvis ergo talis habitus concurrat non cogat ad credendum nihilominus negari nequit, quin valde facilitate, quare cum habitu fidei acquisitæ concurrat habitu fidei infusæ videtur intellectus ex ea consuetudine se ipsi assentiri mytheriæ fidei obscuris determinari posse ad assensum supernaturalem sine nova voluntate talem actum imperante, ut discuntur Arriaga *loc. cit.*

Ad ultimum patet per idem, quia licet habitus ille acquisitus ex frequentati credendi actibus non cogat ad credendum, ita ut voluntas impedire nequeat assensum, si velit ita tamen faciliat ad tales assensus, ut concurrente habitu infuso elici possint sine nova voluntate illas imperante, per hoc solum quod voluntas non contradicat.

261 Sed adhuc instat Amicus, per affectum credendi fide acquisitæ homo est tantum determinatus ad assensum dum mytheriæ revelat ex testimonio humano evidenter applicato, non autem ex testimonio divini obiecti cognite; ergo imperium sufficientis ad assensum fidei acquisitæ non sufficit ad assensum fidei infusæ, antecedens patet, consequentia probatur, quia longè major difficultas est velle assentiri mytheriæ revelatæ propter solam revelationem obscuram, quam propter testimonium, & rationes humanas evidenter cognitæ; ergo imperium, quod sufficit ad unum assensum, non sufficit ad alium.

Respondetur Scotus absolute dixisse ad assensum fidei infusæ sufficere imperium, quod requiritur ad actum fidei acquisitæ, sed solum dixit potest per actum naturalem voluntatis se applicare ad considerandum, & contemplandum in materia fidei, & postea per habitum infusum exercere supernaturales actus sine alia motione actuali voluntatis, per hoc solum quod ipsa non contradicat, & hoc sufficit tum ad liberatam actus, tum etiam ad supernaturalitatem, quantum pendet ex parte voluntatis, quia illa non renitentia provenit censetur ex pia consuetudine iam contracta à voluntate circa res fidei, & pura omisso tali renitentia in sententiâ non potest esse supernaturalis; quod totum probabiliter solum dictum esse volo cum Suarez *loc. cit.* pro defensione quintæ conclusionis, quam Scotus tradidit videtur 3. *disp. 25. quaest. 2.*

QUESTIO NONA.

An pia credibilis assensus sit supernaturalis, & peculiarem requirat voluntatis habitum infusum

262 Circa primam quæsti partem, Prima sententia rebitur Scoto *loc. cit. 3. disp. 25. q. 2.* quod ad actum fidei infusæ imperium naturale voluntatis sufficit, seu viribus nature eliciti, quæ cognito vero supernaturali potest voluntas propria virtute movere intellectum ad illud intelligendum, modo in eo non desit habitus ad tale verum intelligendum, qualis est in proposito habitu fidei infusæ. Secunda verò, & communis sententia docet ad actum fidei infusæ requiri imperium supernaturale voluntatis, quod alii ce nent esse supernaturalem quoad substantiam, alii verò tantum quoad modum.

Circa aliam quaestiois partem, Prima patet sententia negativa tribuitur Scoto ibidem, ubi expressè videtur, necessarium esse specialem habitum infusum ad imperandum fidei actus, quam passim sequuntur Scotista. Secunda verò sententia affirmat, talem habitum esse necessario in voluntate ponendum, quæ est communis inter Recentes; qui tamen postea disputant, quamvis sit hæc virtus, quæ in voluntate ponenda est ad imperandum fidei actus, quidam enim dicunt esse ipsam fidei habitum, qui simul refertur in intellectu, & voluntate pro qua refertur D. Bonavent. 3. *disp. 25. art. 1. quaest. 2.* & Alph. 3. *par. quæ. 66. membr. 8.* Alii volunt hæc esse virtutem obedientiæ, quia dum credimus, dicimus obedire fidei, & captivare intellectum in obsequium Christi iuxta illud ad Rom. 7. *Accipitis gratiam, & obsequium ad obediendum fidei.* Alii opinantur esse virtutem Religionis, quia per talem actum creatura voluntariè subicitur Deo testificanti, quæ subiectio est quidam cultus Dei ad virtutem Religionis pertinens; Alii arbitrantur esse virtutem su-

ditatis, cuius est moderari appetitum scientiæ. Alii esse virtutem urbanitatis, quia sicut credere homini, quando res prudenter proponitur, est virtus urbanitatis, ita & Deo. Alii tandem esse unum specialem habitum ad predictos actus inclinatem quem piam vocant affectionem, ut Suarez, Arriaga, Coninc, & cæteri Recentes.

ARTICULUS PRIMUS.

Quæstiois Decisio quoad primam partem.

263 Dicendum Primò, affectum voluntatis credendi esse debere supernaturalem saltem quoad modum. Hæc est communis inter Recentes, ut videtur ex apud Suarez, Torres, Calpensem, Amicum, Cardinalem de Lugo, Coninchium, Arriagam, Becanum, Poncium, & alios, neque est Scoti difforsio loc. cit. ut postea dicam. Probatur positivè ex Conc. Iis, Parisiis, & Scripturis illam credendi voluntatem tribuunt gratiæ Dei non minus, quam ipsam fidei assensum; ita præsertim habetur in Araucano 2. can. 2. & 5. ubi definitur piam credulitatis affectum, quem initium fidei vocat, esse donum gratiæ Deo quod etiam Tridentino (sunder sess. 6. c. 6. ubi definitur, hominem ex gratia Dei libere moveri ad fidem; quo etiam ratio deducitur, quia si ille credendi affectus, quem vocat Araucanicum initium fidei, esset naturalis, sed ex viribus nature elicitus, iam nostræ salutis initium esset ex nobis, & non ex gratia, quod hæresicum est, sequela patet, quia initium nostræ salutis est fides; sed initium fidei est hæc voluntas; ergo si hæc voluntas esset ex nobis, hoc est, ex viribus nostris, iam nos per nos ipsos nostræ salutis initium daremus. Et cum hæc voluntas sit ultima dispositio ad donum fidei, si hæc voluntas viribus nature eliceretur, homo per eandem vires ad donum gratiæ ultimè se disponeret.

264 Respondet quidam Scotista, ut Scotum defendat *loc. cit.* Concilium Araucanicum, quod expressè loquitur de hoc credendi affectu, loquitur de eis, qui primò ex infidelitate ad fidem convertuntur, non autem de eis, qui fidei semel susceptæ, quia cum hi fidei habitum in se habeant à propria voluntate in operando dependentem, etiam ex motivo nature, eo uti possunt; quæ solutio satis consona videtur doctrinæ in traditæ *quæst. præced. n. 247.* ubi dicitur mente Scoti de iis, quod licet ab initio, quando primò intellectus assentitur obiecto fidei, sit necessarius actus supernaturalis voluntatis ad credendum, & subiciendum intellectum Christianæ fidei; postea tamen quando fidelis iam assensus est ad assensum illum mytheriæ fidei, talis actus voluntatis necessarius non videtur, quod ad credendum applicetur, sed tantum quo applicetur ad cogitandum de rebus fidei; Et quidem quod Araucanicum Concilium de illo primo actu loquitur, quo quis ex infidelitate ad fidem primo convertitur, patet ex eius expressis verbis can. 5. ubi expressè de eo loquitur, qui ex inspiratione Spiritus Sancti per talem credendi voluntatem convertitur de infidelitate ad fidem, & ab imperatore ad pietatem; hæc enim sunt expressa Concilii verba, ad quæ saluanda allata responso sufficere videtur.

265 Verum est Concilium in hoc sensu eo Canone 5. loquatur de iis nimirum qui ab infidelitate ad fidem primo convertuntur sequenti tamen Canone universaliter loquitur de omnibus, quantum ad omnes actus virtutum docet prærequiri voluntatem gratiam, & requiri auxilium preveniens, ac etiam adiuvans, ut insinuat in Concilio quoque Trid. *sess. 6. cap. 6.* ubi etiam, non limitatè, sed absolute, ac indistinctè docet hominem ex gratia Dei libere moveri ad fidem; Neque Scotus absolute dixit *loc. cit.* ad actum fidei infusæ sufficere imperium naturale voluntatis, seu nature viribus eliciti; sed tantum dixit fidelem per actum naturalem voluntatis posse se applicare ad considerandum, & contemplandum in materia fidei; & postea per habitum infusum exercere actum credendi sine alia motione, vel actuali imperio voluntatis per hoc solum, quod ipsa non contradicat; quæ quidem non contradictio esse potest ex speciali Dei adiutorio, non minus, quam postea va motio voluntatis ad credendum, inde per hoc præcisè adhuc bene saluatur, tum libertas, tum supernaturalitas, quantum requiritur ex parte voluntatis, & ut Concilia loquuntur, quia in sententiâ nostrâ dari potest pura omnisio libertas, & supernaturalitas, ut patet ex *disp. de actibus humanis, & ita jam Scotum explicimus 3. præced. 3. 6.*

266 Dicit autem hæc piam credendi affectionem esse debere supernaturalem saltem quoad modum, quia nec autoritate, nec ratione potest constare alia ipsi supernaturalitas, quam quod sit ex gratia particulari, & donum Dei conductus ad vicam eternam; ex hoc autem non constat, quod sit supernaturalis in substantiâ, nam adhuc totum illud virtutem, quamvis esset supernaturalis tantum quoad modum, ut constat ex dictis *quæst. 6.* Tum quia ex eo præsertim probant Recentes, quod ea

mum habet ius, ut illi credatur, sicut nolendo credere potius est iniustitia, quam inurbanitas.

279 Dices, in actu fidei negari non posse specialem honestatem, quae significare possit peculiarem virtutem à ceteris distinctam, quae saltem vocari poterit pia credendi affectio: ergo hæc erit particularis virtus in voluntate infusa imperans talem actum. Consequentia probatur, quia si ad id moveretur voluntas ex speciali honestate, quae reperitur in assensu supernaturali fidei, sicuti hæc honestas distincta est à ceteris honestatibus; ita distinctum constituit virtutis imperium; probatur assumptum, quia ex se dignum apparet naturæ rationali credere personæ fide dignæ, & maxime Deo, & valde indecorum, ac turpe non credere; unde & merito offenduntur homines, si non creditur ipsi, quando nulla subest dubitandi ratio; hoc enim est ipsos existimare mendaces: ergo actus fidei particularem habet honestatem à ceteris honestatibus distinctam.

Respondet, aliud esse, hoc imperium non necessariò requirere virtutem infusam inhaerentem; aliud non esse actum alicujus virtutis: primum hic asserimus, non secundum, nam etiam ante infusum habitum charitatis potest esse actus charitatis. Quamvis igitur in peccatore non esset talis virtus infusa, posset tamen adhuc esse actus talis virtutis suppletæ Deo casualitate illius per auxilium actuale, ut amicus quoque concedere videtur *disp. 10. s. 4. n. 144.* & hoc voluit innuere Doctor 3. *disp. 25. quæst. 3. d. 1. inquit,* contradictionem non video, quia intellectus si ferret merè per se, & haberet obiectum præsens posset intelligere, vel credere sibi præsentato sine aliquo habitu infuso voluntati inhærente.

Dices, hunc habitum esse in voluntate necessarium, quia sicut intellectus per suas vires est naturaliter impotens, ad elicendum fidei assensum; ita voluntas naturaliter est impotens ut eliciat actum imperantem prædictum assensum, quia actus hic est supernaturalis, nec potest elici ex solis naturæ viribus; ergo sicut in intellectu ponitur habitus fidei infusus, quo perficiatur intrinsecè, & fiat potens elicere assensum fidei, ita similiter constitutus est in voluntate habitus infusus, quo intrinsecè perficitur, & fiat potens ad elicendum actum illam supernaturalem.

280 Respondet, negando hunc habitum infusum esse in voluntate necessarium ad actum illum supernaturalem elicendum, quia elici potest a voluntate suppletæ Deo casualitate illius per auxilium actuale. Ut enim constat ex dictis superius *quæst. 5. in fine n. 181.* quando deest habitus infusus, connaturalis est, ut elevetur potentia per aliquam virtutem intrinsecam transentem, seu per auxilium aliquod actuale per modum principii, per quod causa fiat in actu primo proportionata ad effectum supernaturalem producendum, præterquam quando talis est secundum modum dumtaxat, & non secundum substantiam. Neque quadrat omninò assumpta paritas de intellectu in ordine ad assensum fidei elicendum, & de voluntate in ordine ad actum ralem assensum imperantem, quia certius est dari tres habitus Theologicos, quam alios per se infusos, imò valde probabile est, & forte probabilis, nullos dari habitus per se infusos præter tres Theologicos: Et idè non sequitur, quod sicut datur habitus fidei infusus in intellectu ad ejus assensum elicendum, ita dari pariter debeat in voluntate habitus quidam moralis per se infusus ad elicendum actum illius assensum imperantem, nam ad salvandam supernaturalitatem istius actus sufficit auxilium actuale per modum principii, quo Deus supplet casualitatem talis habitus.

Dices cum Arriaga, licet aliquando actus supernaturalis fiat per auxilium tantum extrinsecum, perit tamen connaturaliter principium intrinsecum, quo potentia intrinsecè compleatur, & quoad hoc non est maior ratio de assensu supernaturali fidei, quam de pia affectione.

Respondet, satis etiam connaturaliter à potentia produci actum supernaturalem, si fuerit elevata per virtutem intrinsecam transentem, seu per auxilium aliquod actuale per modum principii, quia per tale auxilium satis compleatur in actu primo ad effectum supernaturalem producendum; Neque quoad hoc est eadem ratio de assensu fidei ab intellectu elicendo; & de pia affectione in voluntate, nam ad illum elicendum certum est dari habitum Theologicum per se infusum, non autem ita certum est dari habitum moralem per se infusum in voluntate ad illam piam affectionem elicendam, nam probabilis est nullos dari habitus per se infusos præter Theologicos, ut constat *disp. sequenti*, ratione cuius disparitatis neganda est consequentia.

281 Dicendum tandem, quod admissio hunc voluntatis affectum spectare ad specialem virtutem ab aliis distinctam, quia ferretur in obiectum formale distinctum ab aliis obiectis formalibus aliarum virtutum, respicit enim in illo peculiarem honestatem ad nullam aliam virtutem pertinentem, nimirum quia ex ipsa honestate credendi imperat assensum fidei, ut probat argumentum adductum *n. 279.* Hoc, inquam, admissio cum

communi sententia, hæc virtus dici potest virtus credibilitatis seu fidelitatis, & potest vocari fides appetitiva, seu fides ad voluntatem spectans, ut bene notat Poncius *loc. cit.* & ratio est, quia sicut virtus voluntatis respiciens actum temperantæ paritatis sensivæ vocatur temperantia; ita virtus voluntatis respiciens actum fidei potest vocari fides, quod bene deduci potest ex Concilio Araucano *2. can.* ubi illam appellat virtutem credulitatis, & ex Augustino de prædicatione Sanctorum *cap. 2.* & alibi, qui voluntatem erediendi vocat fidem inchoatam. Sed quia ipsemet actus, & habitus intellectus, quo creditur, vocatur etiam fides; nec tamen est formaliter virtus moralis, sed intellectualis; ut distinguitur fides, quæ est in voluntate, & est virtus moralis ab illa, debet addi, vel moralis, vel appetitiva vel voluntatis; & in hoc sensu intelligendus est Divus Bon. 3. *dist. 23. art. quæst. 2.* dum inquit hanc virtutem esse ipsam fidei habitum, qui prout est moralis virtus; & principium meriti, est in voluntate rectificans illam ad movendum intellectum, prout verò est habitus facilitans potentiam ad credendum, est in intellectu.

QUESTIO DECIMA.

An mysteria nostræ fidei sint evidenter credibilia, & tale iudicium præcedere debeat piam credendi affectionem.

282 Circa primam quæstionis partem advertendum, aliud esse, aliàquam veritatem esse evidenter credibilem, & esse evidenter veram, quia hæc prædicatione sumuntur ex diversis capitibus; hoc enim est manifestè videre eam veritatem, quia scientia procedit per principia intrinsecè, & causis, vel per effectus à causis necessariò dependentes; illud verò tantum significat, quod habeatur evidentia, & moralis fides certitudo, aliquam veritatem prudenter debere credi, & oppositum non debere prudenter credi, imò nec posse probabiliter credi licet inter in veritas ipsa, quæ evidenter cognoscitur credibilis, maneat obcuras; & de hac evidentia queritur in præsentia, an inest veritatis nostræ fidei, ita quod sensus quæstionis est, an dentur motiva, propter quæ est evidens evidentia moralis, quod mysteria nostræ fidei sint à Deo revelata, & consequenter credibilia propter talem revelationem. Ubi per evidentiam moralem illa intelligitur, quæ aliqua veritas, nec ab ullo sensu externo percepta, ita tamen intellectu apparer, ut nullam prorsus rationem habeat, vel probabilem dubitandum ab omnibus improvidentissimum iudicatur ille, qui de ea veritate sic sibi apparente dubitaret, vel oppositum sentiret; quæ evidentia moralis descriptio inde patet, quia ita prorsus se habent, quæ communiter habentur pro evidentiis moraliter, ut verbi gratia, quod sit Roma respectu eorum, qui nunquam ibi fuerunt, quod olim in ea regnaverit Nero, vel Julius Cæsar, & similia, quæ non videntur, sed communem opinionem audierunt omnia illa affirmantium abique ulla contradictione, quod talibus parentibus nati sumus, in tali loco, quod hæc bona ad nos pertineant, illa ad alios, & alia huiusmodi, de quibus nulla prorsus est dubitandi ratio, nisi quod non sint physice evidentia, aut quod non repugnet physice illa esse falsa. Et in hoc sensu loquendo de evidentia moralis communis est Catholicorum sententia contra hæreticos, mysteria nostræ fidei esse evidenter credibilia.

Circa verò alteram quæstionis partem non ita omnes conveniunt; quia enim ad imperandum fidei actum non sufficit ipsemet actus voluntatis, nisi etiam intellectus proponatur motivum sufficiens ad terminandum ipsum, & præcedit iudicium intellectus, quo quis iudicet prudenter credi posse, quæ proponuntur quæritur an hoc iudicium ad fidem requiritur de credibilitate rei credende debeat semper esse moraliter evidens, & certum, & quidem communis Recentiorum opinio affirmat tale iudicium evidens de credibilitate rei credende præcedere debere piam credendi affectionem, ita Suarez, Lorca, Coninchius, Caspensis, Amicus Cardinalis de Lugo, Arriaga, & passim. Negativam verò tenet Poncius *disp. 28. q. 4.* cum aliis Scotistis.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio Quæstionis quoad primam partem.

283 Dicitur est mysteria fidei nostræ esse evidenter credibilia modo iam explicato, quatenus dantur motiva, propter quæ est evidens evidentia moralis, quod mysteria nostræ fidei sint revelata à Deo, & consequenter credibilia propter illam revelationem. Hæc conclusio, ut dixi, communis est Theologorum, quam uberrimè Scotus probat *quaest. 2. Porlog. & cum eo Medina noiter tractat de Fide, & Poncius disp. 28. citat.*

quæst. ult. Arctinus, Vulpes, & alii Scotistæ passim; Deducitur ex illo Psalm. 138. *2. estimonia tua credibilia facta sunt nimis, ubi ly nimis importat maiorem credibilitatem, quæ saltem moraliter haberi possit, hæc autem est quando est coniuncta cum evidentia saltem moralitatis magis, quod si sine prædicta evidentia quid credatur, reprehenditur ab eadem Scriptura Ecclesiast. 19. *Quicquid credis levius est corde;* Probatur etiam ratione, quia illud est evidenter credibile evidentia iam explicata, quod confirmatur, testificatur, & approbatur testimoniis, rationibus, & signis fide dignissimis sed sic se habent res nostræ fidei, ergo sunt evidenter credibiles; minor probatur adducendo ex Scoto *loc. cit. octo motiva evidentie credibilitatis rerum fidei.**

Primum est pronuntiatio prophetica, quia solus Deus, vel ab eo instructus potest certitudinaliter futura prævidere contingentia; talia autem multa pronuntiata in Sacra Scriptura impleta sunt, ut patet consideratis libros Prophetarum; ex quibus non est dubium, quin etiam pauca sequantur, quæ restant, ut ait Gregorius homil. de adventu eius igitur Sacra Scriptura à Deo edita, tamquam viam inquit Doctor, Augusti. iudicasse *1. de Civ. c. 10.*

285 Secundum motivum est Scripturarum concordia, siquidem in non evidentiis ex terminis non consonat inaffabiliter multi diversimodè dispositi, nisi à causa superioris intellectus eorum inclinatur ad assentiendum; sed Scriptores Canonis variis locis & temporibus existentibus in talibus omninò consonabant, ut patet de Ezechiele propheta in Babylone eo tempore, quod Hieremias in Iudea, non sic autem consonabant Philosophi ad invicem, unde inquit Aug. 18. de Civ. c. 41. Philosophi monumenta suorum dogmatum reliquerunt, quæ discipuli legentes, elto in aliquibus essent assentes prioribus, ut discipuli, nihilominus in pluribus contradixerunt, ut constat de Arist. & Platone, Ex quo tandem deducitur, quod à Prophetis dictum est, *non era humana, sed oracula divina fuisse.*

286 Tertium est auctoritas scribentium; cùm enim Scriptores Canonis mendacium damnant, præcipue in fide, & moribus, verisimile non est eos fuisse mentitos, quia viri fuerunt, qui vita, & moribus eam opinionem facili acquisiverunt, ut crederentur veraces, & honesti; Nec dici potest illos propter lucrum fuisse mentitos, quia potius pro illis, ad quæ credendum homines inducere voluerunt, tribulationes maximas sustinuerunt.

Quartum est diligentia recipientium, cum enim de contingentiis non visis fit aliquid credendum, aliquo non crederes mundum fuisse ante te, nec locum esse in mundo, ubi non fueris, nec istos esse eos parentes; maxime credenda sunt, quæ communis fama, & honesta cum maxima diligentia approbavit, tanta enim fuit apud Iudeos sollicitudo, & apud Christianos de libris recipiendis, tanquam auctoritatis, quod de nulla alia scriptura pro autentica habenda tanta fuit unquam sollicitudo inventa, ut late discitur Aug. lib. 18. de Civ. cap. 18. unde incredibile est, quod aliis tot viri docti, quod erant in mundo, cum prædicatum esset Evangelium, & tot viri potentes vellent talem doctrinam novam, & peregrinam, carni, & sanguini omninò contrariam admittere, & approbare; maximum ergo huius evidentie moralis fundamentum esse debet consensus omnium orthodoxorum ab Orbe condito, & maxime possit Christum natum usque in hunc diem.

287 Quintum motivum est rationabilis contentorum in doctrina fidei, nihil enim conciat, nisi quod tendit in honorem Dei ipsius cultum, & quod conducit ad exercitium virtutum, & iugum virtutum; quid enim rationabilius, quam Deum, tanquam summum bonum, & finem ultimum super omnia diligere, & proximum sicut seipsum, in quibus duobus mandatis tota lex pendet, & Prophætæ; Maxime ergo ex conditionibus, & qualitatibus doctrinæ nostræ fidei debet eius moralis evidentia deduci, quæ ad duas præsertim revocari possunt; prima est veritas pura sine ullis falsitatis admixtionibus; altera est sanctitas, & puritas, omnia namque quæ docet, honesta sunt, & nihil prorsus turpe, ac inhonestum, nihilque de Deo docet, quod sublimè non sit, & falsum esse possit, & quod summam undequequæ redolere pietatem, & idè Psalm. dicitur *Lex Domini immaculata, illuminans oculos.*

288 Sextum motivum est contra irrationabilitatem singulorum errorum, nulla enim secta est infidelium, quæ comparata cum nostra non convincatur, ut evidenter incredibilis, & falsa, cum nulla sit quæ manifestum aliquem errorem non admittat, ut patet singularis examinati cum Scoto loco citato. Quid enim Pagani pro idolatria sua adducunt colentes opera manuum suarum, in quibus nihil est numinis, Quid Saraceni vilissimi porci Machometi discipuli pro fe allegantur, expectantes pro beatitudine, quod porcis convenit, galam, & coitum, quam promissionem fatiis iridet Avicenna ipse, qui fuit illius factus 9. Mer. cap. 7. dicitur, Mahometum suum illis promississe felicitatem porcorum, quæ cibo, & libidine constat; Quid Iudei novum testamentum damnant, quod tamen in veteri expressè con-

tineatur, & promittitur, ut expressè convinci potest expressis Prophetarum Vaticiniis de Messia iam completis, ut constat ex illo Genes. 49. *Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dominus de semine eius donec veniat, qui mittendum est, & ipse erit expectatio gentium;* ac experientia constat, sublatum esse sceptrum de Iuda, ergo veniat, qui mittendus erat; Et rursum ex illo Daniel 9. in quo promittitur Christus venturus post septuaginta hebdomadas, quæ in omnium computatione completæ sunt; Et denique Iudei propter suam perfidiam universalem patiuntur captivitatem, quoniam Christum vitæ auctorem interfecerunt, quorum miseria, & abiectio, fidei nostræ firmissimum præbet testimonium.

Denique singulæ hæreses convincuntur, & prostrantur, 289 primò quidem ex apertis erroribus, quos unaquæque admittit, nam ut iam antiquatas omittam, quarum errores Scotus ipse elidit, & eludit *loc. cit.* vulgata sunt hæc nostra tempestate Calvinistarum dogmata, Deum esse peccati auctorem, non illam esse humani arbitrii libertatem, præcepta decalogi esse impossibilia, bona opera nullius esse meriti, ac valoris apud Deum, sed solum sufficere fidem, quæ doctrina sanctitatis repugnat, & occasionem præbet libere peccandi; Lutherani verò pluribus ex his erroribus subscribentes addunt insuper Infantem liberè profiteri fidem actualem dum baptizantur, hoc est, infans sui ratione, credere, sperare, ac diligere, dum actus baptismi suscipiunt, quo nihil rationi magis repugnans dici potest. Deinde hoc idem expressè deducitur ex hæresum magna varietate, ac diversitate, quia doctrina Christi nequit esse, nisi una iuxta illud ad Ephes. 4. *Vnus Dominus, una fides; unam baptisma, siquidem una est veritas, in qua Christi doctrina fundatur;* Tum quia cum multæ sint hæreses inter se diversæ nequeunt omnes esse veræ, sed una tantum; & cum non sit maior ratio, cur potius una sit veritas, quam alia, quia omnes motivo nituntur humano, sequitur nullam esse veram, unde ad longum tempus durare nequeant, ut constat de antiquis hæresibus longè, lateque propagatis iam prorsus extinctis.

Septimum est Ecclesie stabilitas, quæ quanto magis fuit per 290 Iudeos Paganos, & Hæreticos impugata, tanto solidior mansit; nec ulla secta, vel Monarchia firmam adeo, & stabilem habuit successione sicut Ecclesia Christi; nam à tempore D. Petri ulque modò successores illius non defecit, neque scilicet deficiet futuris, unde Gamaliel actum 5. *Sed ex hominibus consilium est, hoc opus dissolvatur; si autem ex Deo est, vos non poteritis dissolvere, ne forte Deo repugnare videamini;* & Lucæ 22. ait Dominus Petro *Ego rogavi pro te Petro, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos;* quod testimonium adeo egreguum est, ut Aug. lib. contra Epistolam fundamenti dixerit. *Tenet me in Ecclesia consensus populi, atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, claritate aucta, vetustate firmata.*

Octavum tandem est miraculorum claritas, nam Deus neque esse falsus testis, sed Deus invocatus à prædicante Scripturam ut ostenderet doctrinam eius esse veram, fecit aliquod opus sibi proprium, nempe miracula, & per hoc testificatus est illud esse verum ut merito Ricardus à Sancto Victore lib. 1. de Trinit. sic Deum alloquens dixerit, *Domine, si error est, à te decepti sumus, nam ista in nobis tantis signis, & prodigiis sunt confirmata, & talibus, quæ non nisi per te fieri possunt;* Quod si negetur miracula fuisse facta, hoc unum grande miraculum sufficit nobis, inquit Aug. 22. de Civ. c. 5. totius Orbis latitudinem ad Religionem carni, & sanguini repugnantem abique ullis miraculis fuisse subiugatam, quid enim mirabilius, inquit Scotus, quam quod pauci pauperes, & rudes plurimos convertere potuerint sapientes, ut pater de Paulo prius persecutore, & postea gentium Doctore, Augustino per Manichæos seducto, Dionysio Philolopho, Cypriano prius Mago, & postea Christianissimo Episcopo, & innumeris aliis convertis. Hoc inquam, solum sufficit ad reddendum evidens moraliter, quod doctrina fidei fuerit à Deo revelata, quia alias non tam miraculose concurreter, ut tanta pars Mundi permitteret id sibi præiudicari. Hæc sunt motiva à Scoto adducta *quæst. 2. Prolog.* quibus probat evidentiam credibilitatis fidei nostræ, quod fuerit immedia- tæ à Deo revelata, & non ab homine inventa, quæ motiva à Scoto mutuata Recentiores passim valde ampliant, & promoveant, ut apud ipsos videri potest, præsertim verò apud Poncium *disp. 28. quæst. ult.*

In Oppositum arguitur Primò, quia sicut se habet scibile re- 292 spectu habitus scientiæ, ita se habet credibile respectu habitus fidei; sed eo ipso, quod res aliqua est evidenter scibilis, redditur evidenter vera, ergo si articuli fidei sunt evidenter credibiles, eo ipso erunt evidenter veri. Confirmatur, quia si mysteria fidei sunt evidenter credibilia, ergo sunt talia, quæ possunt evidenter credi; sed hoc est falsum, quia mysteria fidei non creduntur evidenter, sed obcurè, Denique sequeretur, non posse credi huiusmodi mysteria, cum proponerentur evidenter esse revelata, quia non potest fides simul

simul esse cum cognitione evidenti de eodem obiecto materiali...

Repondeo ex dictis ab initio quaestiones negando paritatem, quia aliud est rem esse credibile, aliud vero esse credibilem...

Ad Confirmationem negatur consequentia, quia quod enim dicimus mysteria nostrae fidei esse evidenter credibilia...

Ad ultimum negatur iterum consequentia, quia evidentia moralis non est inconspicibilis cum actu fidei, sed tantum evidentia physica...

Dices, disparere esse rationem de revelatione Divina, & Humanam, quia haec non habet necessariam connectionem cum veritate...

Secundo arguitur, quia si articuli Fidei sunt evidenter credibiles, ergo necessario movent intellectum ad credendum...

Repondeo negando consequentiam, quia evidentia moralis credibilitatis articulo non determinat intellectum ad assensum...

Tercio arguitur, quod res fidei dicuntur evidenter credibiles, vel hoc intelligitur de credulitate humana, sive per fidem...

Repondeo, ad hoc argumentum varias esse solutiones, brevier tamen dicendum est, ex relatis motivis simul sumptis...

sine Deo revelata, ac quod idem firmiter, & certissime credibilia, ac sine ulla hesitatione, qualis est credibilitas fidei divinae...

Ad Confirmationem negatur consequentia, nam quando etiam conceditur omnibus motivis relatis posse subesse falsum...

Hinc recte notant aliqui Recentiores etiam propositionem falsam posse esse evidenter credibilem, siquidem evidentia credibilitatis solum dicitur hic, & nunc esse motiva...

Quarto tandem arguitur, quia non apparet ad quem habitum spectet elicere hoc iudicium de evidentia credibilitatis, mysterium nostrae Religionis...

Repondeo, ad hoc rursus argumentum varias esse solutiones, cum non conveniant Auctores, a quo habitu tale iudicium eliciatur...

Repondeo, ad hoc rursus argumentum varias esse solutiones, cum non conveniant Auctores, a quo habitu tale iudicium eliciatur...

quidam urgent, nam ea evidentia, ut est dispositio per se necessaria ad fidem censendam cum fide, ut supra in simili dictum est de pia credendi assensione.

ARTICULUS SECUNDUS.

Resolutio Quaestiones quoad alteram partem.

Quoad alteram quaestiones partem; an, scilicet, ad credendum requiratur evidens iudicium credibilitatis obiecti iam explicatum, quod quidem difficultas solum de his procedit...

Dicendum tamen est, iudicium ad fidem requisitum de credibilitate rei credende non debere semper esse evidens, & certum modo explicato...

Confirmatur de pueris ad usum rationis venientibus, qui ea motiva ignorant, & solum moventur auctoritate parentis, vel Magistri...

Repondeo Recentiores passim, quod licet illud motivum, quo puer movetur ad credendum, non sufficit ad generandam evidentiam credibilitatis respectu omnium...

nam, inquit, hanc evidentiam non esse in omnibus aequalem, nec eodem modo esse postulandam in simplicibus credentibus, ac in sapientibus...

Ceterum iam ex doctrina patet, iudicium ad fidem requisitum de credibilitate rei credende non debere semper, & in omnibus esse evidens, & certum in gradu iam explicato...

In Oppositum Obiicit, Primò, habens iustam rationem dubitandi de revelatione, non potest obligari ad credendum propter illam...

Repondeo Arriaga disp. 5. sect. 3. in talibus personis, quae per se non possunt vel libros legere, vel meliorem instructionem accipere...

Verum pueros, ac idiotas non habere hanc evidentiam moralem de credibilitate rerum fidei, ipsa experientia docet, nec iudicium moraliter evidens de existentia revelationis...

hac, inquam, ratione obligantur nam ut inquit Poncius *loc. cit.* in re tam necessaria, quam est fides, ex qua dependet vita aeterna, sufficit ad obligationem, aut quod non sit ratio dubitandi actu, licet possit esse, si quis effecteretur ad naturam motum, vel propositionem illam; aut quod si sit, non sit ratio, aut tam probabilis, quam ratio, ob quam movetur ad iudicandum, quod res creditibilis revelata sit a Deo; adhuc enim dicitur prudenter agere, si credit, & ob id obligatur ad credendum ob gravitatem materiae, de qua agitur, puer itaque, ac rusticus prudenter credit sine evidenti iudicio credibilis a parente, quod sit parochus, vel parochus, eo ipso quod rationem non habet dubitandi de opposito, vel si habet, non amen aequo probabilem, ac est illa, ex qua movetur ad credendum; Vnde non assensio Poncio dicens quod si etiam esset equalis ratio dubitandi pro utraque parte, adhuc teneretur ad credendum, ne exponeretur periculo salutis perdenda; aut enim teneretur ad credendum, semper magis fide dignum apparere debet obiectum, quod credimus, quam oppositum aliquo credendo non prudenter ageremus, cum non sit maior ratio credendi hoc, quam oppositum. Hinc est, quod dum puer, & simpliciter proponitur credit a parente, vel Parocho, non sufficit qualibet simplex obiecti propositio, sed necessaria est prudens propositio, & consequenter prudens iudicium ad credendum, quod etiam in his personis dari potest sine evidenti materiali modo iam declarato; quare contingit saepe ex levitate propositio, ut nec illi credant fide divina, nec peccent non credendo; deoque curare debent parentes, & Parochi, cum proprios filios docent, ac idiotas, ut eis prudenter aliquam rationem, quantum fieri potest, res fidei proponant, quae omnem dubitationem excludat saltem probabilem, ut v.g. quod a multis sanctissimis, & prudentissimis viris affirmatur, Deum revelasse, Incarnationem, ideoque prudenter esse creditibile, quod ita sit factum, & sic de aliis articulis.

Secundo obicitur, quia ad prudenter credendum res nostrae fidei non sufficit probabile iudicium, ergo necessarium esse debet evidenter probatur assumptum, quia illud iudicium non sufficit ad prudenter assensum fidei divinae, cum quo stare potest prudens dubitatio de veritate rei, quae fide divina credenda proponitur, sed cum probabili, solum iudicio credibilis, potest stare prudens dubitatio de veritate rei, quia quando res non est tantum probabiliter creditibilis, eius oppositum proponi potest, ut eodem modo creditibile, cum probabilitas unius partis non excludat probabilitatem partis oppositae, quando verba utraque pars, aequaliter apparet creditibilis, praevidetur de utriusque partis veritate dubitatur, nec potest unum de terminis, inquam vere firmiter adhibere intellectus, sed assensus fidei divinae, talis est, ut sit omnino certus, & infallibilis, excludens omnem dubitationem, ac formidinem, ergo ad illud non sufficit probabile iudicium, creditibilitatem rerum credendarum, sed necessarium praerogative evidens.

Respondetur, argumentum probare duxerat, quod ut quis prudenter credat, & excoationem non habeat discutendi, non solum obiectum fidei debet apparere prudenter creditibile, sed etiam magis creditibile, quam oppositum; hoc autem contingere potest sine materiali evidenti talis creditibilitatis, sed solum cum maiori probabilitate obiecti creditibilis, si enim essent aequae probabilitate a motu, semper intellectus haberet formidinem de opposito, etiam si illi non assentiretur; quare semper debet apparere multo magis fide dignum obiectum, quod credimus, quam oppositum nostrae fidei non apparere magis creditibile, quam oppositum, non possemus cum tanta certitudine ei adhaerere, sicut ad divinam fidem requiritur. Dices, hanc maiorem probabilitatem non sufficere, ut voluntas imperare possit actum credendi certum, & infallibilem, qualis ad fidem divinam exigitur, sed omnino requiritur evidenti aequae maiori creditibilitate obiecti. Respondetur, quando hoc non sufficit de se, tunc per divinam inspirationem, & vocationem internam posse compleri huiusmodi creditibilitatem, quantum sufficit ad certitudinem, & infallibilitatem assensus fidei, praeterquam in poesis, & idiotis.

Tertio obicitur ex illo Eccl. 19. quod cito creditis, levis est veritas, sed qui crediderit sine iudicio moraliter evidenti de revelatione rei creditibilis cito crederet; ergo esse levis corde. Confirmatur ex illo Ioan. 15. si opera non feceritis, quantumcumque alium fecerit, peccatum non habuerit hoc est, non peccatum non credendo, ergo ut quis credere teneretur, debet revelatio rei creditibilis proponi cum evidenti saltem materiali, nam opera illa Christi non requirebantur ad hoc, ut inducerent obligationem credendi, nisi quatenus causabant illam evidentiorem moraliter.

Respondetur negando maiorem, quatenim prudenter aliquid facit, non potest argui levitate cordis, iam autem ostensum est posse quantum prudenter credere, etiam sine materiali evidenti creditibilitate obiecti, dummodo habeat maiorem probabilitatem creditibilitatis eius, quam oppositum, hoc enim ipso iudicat oppositum non posse prudenter, & licet credi, maxime in

materia gravi, qualis est materia fidei, in qua immineat periculum perdenda salutis, si non credatur obiectum propositum, ut a Deo revelatum, & hoc etiam sufficit, ut sub peccato teneretur ad credendum, in mediis enim pro salute aeterna necessariis teneretur hoc, quod sunt credibilia sequi, quicquid sit in aliis materiis nullius momenti.

Ad Confirmationem negatur consequentia, quandoquidem sine tali evidenti possit adesse alia ratio sufficiens, ut obligemur ad credendum, ut ostensum est; Nec valet paritas de ludis assumpta, de quibus Christus loquitur *loc. cit.* cum enim eis proponeretur nova, & insolita contra communem sensum, & quae in constructionem veteris legis tendere videbantur, non tenebantur credere, nisi sua dicta confirmasset operibus illis, quibus ostendebat evidenter evidenter morali, quae ab ipso proponebantur esse vera, & a Deo revelata; Quae ratio, est, dixerimus simpliciter, & idiotis in gremio Iesuae existentibus non esse necessariam propositionem rei creditibilis semper cum evidenti materiali de eius creditibilitate addimus tamen talem evidenti, esse necessariam, ut quis aliterus scilicet contratur de novo ad fidem, & praesertim cum tali evidenti proponi debent mysteria fidei, ut integra aliquo modo contratur ad fidem, in qua praesertim fiat veri docti, & erudit; quia nimirum nova dogmata, ac eis insolita proponuntur credenda, quae sunt proferuntur contra existimationem, quam prius habebant, ideoque proponi debent bene examinata, & cum omnimoda evidenti materiali, & praesertim si in illa secta sint veri docti, qui talem propositionem, & evidenti creditibilitatis exigent; enim non illi proponeretur evidenter credenda mysteria nostrae fidei, alioquin evidenti scilicet simplicioris auctoritate, & rationibus impediret non credentes, & ad fidem nostram converterentur.

QUESTIO UNDECIMA.

An assensus fidei eliciatur per discursum, vel solum per simplicem adhesionem ad primum verum, & non.

Hoc interest discriminis inter discursum, & simplicem adhesionem, quod discursus praeter primam veritatem, testimonium eiusdem, nititur etiam luminis naturali, vel supernaturali inferens unum ex alio, propter naturalem connexionem unius cum alio, simplicem autem adhesionem solum naturae primae veritati, & testimonio eiusdem, tanquam integro obiecto formali assentiendi rei revelatae; unde lenius quatuor, si unum fides assentiendi rebus revelatis per simplicem duntaxat adhesionem ad primam veritatem, an potius etiam per discursum. Et quia hic rursus duplex est, formalis aequae, quando nimirum ex praemissis realiter distinctis, inferitur conclusio per talem illustrationem, in quo duplex intervencit assensus, alter, quo assentitur principio propter se, alter quo assentitur conclusioni propter se principium. Virtualis vero dicitur alter, & est quando unico actu assentitur obiecto conclusionis, & praemissarum, ut in unico actu dicatur *Petrus est visibilis, quia est homo*, non enim repugnat intellectum in plura obiecta subordinata tendere per unum indivisibilem actum, & ut constat ex lib. de Anima, unde virtualis discursus est unus, & simplex actus, se solo praestans, quod praestat formalis discursus per duplicem actum. In praesenti non est quaevis de discursu virtuali, sed solum assensus ad mysteria fidei, unde discursus virtualis, ut verbi gratia, quando creditur Incarnationem, habere ad minus discursum hunc virtuale, *Incarnatio facta est, quia Deus summi veritas id revelavit*; Quae ratio ergo est de discursu formali, an scilicet possit fides per actum etiam distinctis praemissarum, & conclusionis exercere hunc discursum formalem. Et quia rursus discursus formalis duplex est, alter ex propriis principiis, vel effectibus, alter ex sola dicentis auctoritate, hoc solo posteriori discursus est dubitatio, non de priori, quia certum est assensum fidei nunquam generari per discursum, qui sit ex propriis rei principiis, vel effectibus, siquidem formale obiectum fidei est auctoritas Dei revelantis, & ex illa sola pendet assensus fidei, quae est non autem ex propriis rei principiis, vel effectibus.

His praecipuis pro intelligentia quaestio, Prima sententia, quae communis est in Schola Thomistica, negat, assensum fidei posse per discursum formalem generari, ita Capreolus, Canus, Valencia, Torres, Suarez, Coninch, Caspense, Grandae, Amicus, Morandus, & alii Recentiores. Alia sententia, quae est communis in Schola Scotistica, & Nominalium, affirmat, actum fidei posse per formalem discursum fieri ex revelatione, & veritate Dei, pro qua citantur D. Bonav. Scotus, Ocham, Gabriel, Masilius, Durandus, Almainus, & sequuntur Recentiores quatuordecim, Valg. Becc. Hurr. Ripalda, Arriaga, Lugo, Vulpes, & Poncius ex nostris, & alii Scotistici.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur Quaestio.

Discendum est, assensum fidei formalem generari posse per discursum, qui procedat a divina revelatione ad rem a Deo revelatam, itaque prius temporis, vel talem naturam generetur assensus divinae revelationis, quam assensus rei revelatae; licet hic discursus fidei non sit semper necessarius in quovis actu fidei, nisi virtualiter. Hec conclusio statuitur cum secunda sententia, & deducitur ex Scoti *quae. 5. prolog. artic. 3. & 3. dist. 24. quae. 1. artic. 5. ad propositum*, ubi licet in assensu fidei circa mysteria revelata neget discursum formalem ex propriis principiis vel effectibus deducit, qualis est discursus scientificus; non tamen negat discursum ex sola dicentis auctoritate, & quo unum verum sequatur ex alio, in quo discursus aut certitudinem de conclusionem non esse maiorem quam de principio, nec maiorem esse certitudinem de illo, quod sequitur, quam de illo, ex quo sequitur, quia utrumque sit nobis creditum.

Probat autem, quia quando creditur unum propter aliud, ex quo verum sequitur, possunt esse duo diversi assensus in intellectu, quorum unum sit via ad aliud, & in fide unum creditur propter aliud, nempe revelata propter revelationem; ergo possunt esse duo diversi assensus, alter revelationis alter rei revelatae, & intellectus a priori potest progredi ad posteriorem, sive ordine temporis, sive ordine naturae, & causalitatis; Minor patet, probatur maior exemplo voluntatis, nam sicut quando diligenter unum propter aliud, voluntur esse diversi actus, quorum unus sit causa alterius, ut patet in volitione finis, & mediorum; sic intellectus potest etiam in materia fidei assentiri uni propter aliud, & a veritate unius, tanquam obiecti formalis, moveri ad amplectendam veritatem alterius, tanquam obiecti materialis; & sic solus v.g. uno actu credere omnia, quae in Evangelio continentur, esse a Deo revelata; & alia, omnia illa esse vera propter divinam revelationem.

Confirmatur, quia in hoc casu intervencunt tres conditiones ad discursum, quae sunt ex dictis *dist. 1. & 1. Log. qu. 1.* prima nimirum, quod intellectus intelligat hoc post hoc; secunda quod intelligat per hoc, sed ex hoc, hoc est, per dependentiam unius ab alio in cognoscendo; tertia, quod diversis actibus concipiat antecedens, & consequens. Sed in obiecto fidei plures assentitur prius rationi formali quam materiali, & materialis assentitur propter formalem, nempe propter divinam revelationem, & hoc etiam distinctis actibus; ergo per discursum.

Respondent Thomista, negando nos prius assentiri rationi formali, deinde materiali, sed unum assensum verique simul, & licet assentiamur materiali propter formalem, hoc non ita intelligitur, quasi obiectum formale prius cognitum sit ratio assentiendi materiali posteriori cognitio; sed ita quod utrumque simul per modum unius obiecti creditibilis attingatur, alterum ut ratio creditibilis, alterum ut ratio credenda, per eundem indivisibilem fide assensum. Vnde quaevis in assensu fidei expressa, vel tacite possit fieri hic discursus, & intervenire ista propositio, quae dicitur *Deus dicit esse verum, Deus dicit esse trinum, & unum, ergo esse verum*; nihilominus assensus fidei non est illius conclusionis, ut deducit ex illis praemissis, sed quatenus simul cum illis attingitur eodem assensu per modum unius obiecti ob testimonium primae veritatis Deum revelasse se esse trinum, & unum, quae credimus hoc esse verum. Ex quo inferunt hic verum non intervenire discursum, quia in vero discursu ratio assentiendi conclusionis est assensus principiorum & differt a ratione, quae assentitur principiis, at in proposito de fide una, & eadem est ratio assentiendi mysterio revelato, & divinae revelationi, nempe auctoritas, & veritas Dei revelantis; Tum quia in vero discursu, cum assentiamur conclusioni propter praemissas, necesse est assentiri certius praemissis, quam conclusioni, quod non accidit in proposito, quia fides aequae credit quaecumque credit, cum ex eodem motivo formalis omnia credat; Quae responsio videtur habere fundamentum in Scoti *loc. cit. 3. dist. 24. quae. 1. artic. 5. ad propositum* in fine, ubi inquit quod in materia de fide, si fides habet certitudinem de conclusione, non tamen maiorem, quam de principio, nec e contra quia cum principium non cognoscatur ex evidenti rei, aequae assentit omnibus, & singulis, quae dicuntur in canone, & nulli uno propter aliud, quia est unum posse fieri ex alio non habet tamen maiorem certitudinem de illo, quod sequitur, quam de illo, ex quo sequitur.

Hae tamen responsio multipliciter impugatur, Primo quidem, quia si vera est, non tantum destruit discursum formalem in materia fidei, sed etiam virtuale, quem ratiem Adversarii quoque concedunt, nam, & ipsi quoque in hoc nobiscum conveniunt, quod ob illustrationem obiectivam veritatis

mysterii, ex eo quod Deus revelat, & sit verum, creditur illud mysterium, ratio enim formalis assentiendi sunt ea duo obiectiva principia; ergo eadem difficultas Adversarios quoque premit, quia licet unicum ponant actum, dant tamen illi diversa obiecta, erga quae potest habere inaequalem certitudinem unde quia non distinguerunt inter has duas illustrationes obiectivam & formalem, ideo paraverunt se ipsi aliter sentire formalium quae reperitur in formali discursu, quoniam tamen per hanc doctrinam aequae recitari ipsa obiectiva illatio, seu virtualis, quoniam admittunt, ut advenit Arriaga *disputat. 13. sect. 5.* Hinc Coninch, ut consequenter loqueretur, non tam unum in materia fidei negat discursum formalem, sed etiam virtuale, quoniam solum in hunc humana admittit; non vero in fide divina. Sed plane id negari non potest, siemel declaretur, quod distinctus virtualis imporet, & simul concedatur, quod omnes concedunt, nisi non credere mysterium Trinitatis, vel Incarnationem sitendum in ipsa, nec propter ipsam, sed divinam auctoritatem; hic autem est discursus virtualis fidei circa illa mysteria, nimirum moveri a divina auctoritate ad credenda illa credenda; non potest vero divina auctoritas movere ad credenda illa mysteria, nisi quatenus appareat connectio illorum cum diva veritate, itaque non potest esse Deus (sunt ne veritas revelans mysteria Trinitatis, & Incarnationis, quam haec sit vera; Hoc, inquam, est virtualiter discurrens, scilicet, moveri ex uno concessio per eundem actum ad assentiendum alteri propter connexionem inter utrumque apparentem sicut velle unum propter aliud, est moveri a bonitate unius obiecti ad volendum aliud cum ipso connectum, sive per eundem, sive per alium actum, ergo discursus virtualis in materia fidei etiam divina omnino negari non potest, atque ita quicquid dixerit Adversarii ad eam tendendum ab alia solutione dicemus nos de formali.

Deinde, quamvis opus non sit, ut assensus ipse circa mysteria semper sit per modum conclusionis ex duabus praemissis, sed possit intellectus, dum ei proponitur, Deum esse veracem, & revelasse hoc, vel illud, immediate totum hoc unico actu credere de deo v.g. *Credo Deum incarnatum, quia id ipse, qui verax est, revelavit*; quamvis, inquam, hoc totum oppositae sententiae ultrò concedamus, ut dixi in conclusione; hoc tamen esse necessarium in quolibet fidei actu omnino gratis afferitur, quia quando aliqua obiecta ita se habent, ut unum non sit aliud, & habeat auctoritatem sufficientem, ut possit cognosci sine alio, potest utique intellectus scortum in illud tendere; sed divina auctoritas habet entitatem, & veritatem sufficientem, ut possit scortum cognosci, quin cognoscatur mysterium Incarnationis, vel Trinitatis; ergo quamvis nequeat intellectus credere Incarnationis mysterium, vel Trinitatis, quin simul cognoscatur auctoritatem Dei revelantis, poterit tamen e contra cognoscere Dei auctoritatem, quin simul ea credat; mysteria; atque ita dari poterit in intellectu solum hanc propositio *Deus est prima veritas, item, & haec alia Deus revelavit Trinitatem, vel Incarnationem*, siquidem haec propositiones non pendunt in veritate Trinitatis, vel Incarnationis, tanquam a ratione, vel motivo formali, propter quod ipse credatur, sed potius e contra; Si ergo tunc propositiones illae possunt scortum cognosci, nulla poterit afferri repugnantia, cur ex illis per bonam illustrationem, & per distinctum actum inferri nequeat veritas Trinitatis, vel Incarnationis, & cur huiusmodi mysteriorum cognitio non sit actus fidei; cum sit assensus eorum immediate in divina auctoritate; nitens, tanquam in ratione proxima credendi illa mysteria; Coniungunt itaque duas illas propositiones, prius intellectus iudicat Deum esse veracem; deinde hoc revelasse, unde tarim tertius consequitur actus; *ergo hoc est verum*, quod utique sine discursu fieri nequit.

Præterea falso supponitur in alata solutione assensum fidei circa veritatem, & revelationem Dei esse etiam propter auctoritatem Dei, sicut assensus Incarnationis, vel Trinitatis est propter tandem Dei auctoritatem, hoc enim est impossibile sine processu in infinitum, aut circulo vitioso, ut dicitur *quae. 1. huius disputat. artic. 3. nu. 39. & seq.* unde ibi deduximus illa duo principia fidei, nempe veritatem, & revelationem, sed ea immo debere credi immediate, & non propter aliud, ut in se ipsis fundari possit assensus fidei circa mysteria revelata; & fidem quae habere prima principia, quae non cognoscitur ex aliis, ne demat processum in infinitum, vel mutua probatio, sed ea immediate, in se cognoscitur modo ibidem explicato, & ex illis obiectivum materiale creditibile; Tum quia impossibile est credere veritatem Dei solum propter eius revelationem, ut paravit Suarez, nam prima cognitio fidei de veritate Dei poni debet a revelatione omnino independentem, siquidem implicat me primo credere aliquid esse veracem, quia ipse dicit, cum non arguatur bene aliquid esse veracem ex eo, quod ipsemet id testificetur de seipso; ut enim dicitur in ipso mihi causet fidem, iam deo prius nosse ipsum esse veracem. Tum tandem, quia quando hoc etiam concederetur de veritate Dei, in revelatione